

ISIDORI

inter cetera mentis officia. Vicinior est enim cerebro, unde omnia manant ; ex quo fit ut ea quae ad alios pertinent sensus, 'vide' dicamus ; veluti cum dicimus : 'Vide quomodo sonat,' **22** 'vide quomodo sapit,' sic et cetera. Auditus appellatus, quod voces auriat ; hoc est aere verberato suscipiat sonos. Odoratus quasi aeris odoris adtactus. Tacto enim aere sentitur. Sic et olfactus, quod odoribus adficiatur. Gustus a gutture dictus. **23** Tactus, eo quod pertractet et tangat et per omnia membra vi-gorem sensus aspergat. Nam tactu probamus quidquid ceteris sensibus iudicare non possumus. Duo autem genera tactus **10** esse ; nam aut extrinsecus venit quod feriat, aut intus in ipso **24** corpore oritur. Vnicuique autem sensui propriam naturam datam. Nam quod videndum est, oculis capit, quod audiendum est, auribus : mollia et dura tactu aestimantur, sapor gustu, odor **25** naribus ducitur. Prima pars corporis caput ; datumque illi hoc **15** nomen eo quod sensus omnes et nervi inde initium capiant, atque ex eo omnis vigendi causa oriatur. Ibi enim omnes sensus apparent. Vnde ipsius animae, quae consultit corpori, quo-**26** dammodo personam gerit. Vertex est ea pars qua capilli capi-tis colliguntur, et in qua caesaries vertitur ; unde et nuncupatur. **20** **27** Calvaria ab ossibus calvis dicta, per defectionem ; et neutraliter pronuntiatur. Obcipitum capitatis pars posterior, quasi contra **28** capitum, vel quod sit capiti retrorsum. Capilli vocati quasi capititis pili, facti ut et decorem praestent et cerebrum adversus frigus muniant atque a sole defendant. Pilos autem dictos a **25** pelle, qua prodeunt ; sicut et pilo dicitur a pila, ubi pigmentum **29** contunditur. Caesaries a caedendo vocata, ideoque tantum virorum est. Virum enim tonsum decet, mulierem non decet.

1 cerebro *om.* *C*¹ : encerebro *B*¹ 2 pertinet *KD* s. videre di.
dett. : sensui dedicamus *T* 3 vel. cum dic. *om.* *K* (*non D*) 4 app.
 est quod *K* 5 sonum *K* Odoris *B*¹ 6 tactus en. *D* sic... adf.
om. *K* (*non D*) sicut olf. *T* (*non U*) 9 quidq. ... poss. *om.* *K* (*non*
D) 10 duo tantum gen. esse *K* : dum au. iudicat actus est *B* (*non D*)
12 oriatur *T* sens. in prop. *K* 13 aud. aur. *C* 14 et] ac *C*
15 dicitur *K* 16 capiant] sumant *B* 18 consolet *K* quodadmodo *T*
19 pars que *T* 23 vel quod] quia *C* capitatis retr. *K* 24 ut dec.
CK pr. cer. *BK* 26 pel. de qua *K* pilo] pilum *C*